peccatum maius alicuius vel ex genere operis ut homicidium fur-
to. vel fortius quia scilicet in eodem genere caret pluribus circumstanciis
debitis. vel operatis quia est maiori contemptu vel libidi-
1 Queritur utrum aliquod peccatum sit in spiritum sanctum. [ne facit.]
Respondeo. sic. ut patet in evangelio. Sicut enim peccatum ex infirmitate
dicitur peccatum in patrem quia est contra attributum patris scilicet potentiam.
et ex ignorantia contra filium. ita quando directe peccatur contra
attributum spiritus sancti scilicet contra eius benignitatem et bonitatem. ex nulla
infirmitate vel ignorantia. sed ex sola electione malicie. quia pla-
cet. appellatur peccatum in spiritum sanctum. Dicitur autem irre-
missibile quia in se non habet excusationis vel remissibilitatis causam
ex certa malicia procedat.
7 Utrum sit speciale peccatum. Respondeo sic. per evangelium. quia habet speciale
obiectum scilicet malum sub ratione malicie. quod nullum aliorum pecca-
torum. Similiter in hoc peccato sola malicia movens est.
3 Que et quot sint species huius peccati. Respondeo vi. secundum quod communiter a ma-
gistris assignantur. et extrahuntur ex dictis sanctorum in littera habentur. que sunt
desperatio. presumptio. obstinatio. finalis impenitentia. impug-
natio veritatis agnite. et invidentia fraterne gratie. Despe-
ratio quidem. quando scilicet ex electione abicit spem glorie vel venie. Dicitur
ideo autem quando exemplaritur peccatorum vel ex causis aliis homo de-
sperat. Presumptio similiter. quando ex propria malicia omnem
timorem pene et iusticie dei abicit. ut supra dicitur. Ob-
stinatio. quando scilicet homo dei beneficia ex electione abicit et fla-
gella et alia huiusmodi per que ad cognitionem dei induci possit. non
talia vult considerare. Impenitentia scilicet per affectum propositum dicitur
propositum non penitendi usque in finem. per effectum autem est
quando contemptus culpa peccatum de quo homo usque in finem non penitet.
Impugnatio veritatis agnite amore scilicet ipsius erroris. In-
videntia fraterne gratie et hoc quando invidet ipsi multiplicationi gratie
propter multiplicationem. sed non quando est propter seipsum gratie. vel ipsa puta-
tur diminutiva proprie gratie.
8 Utrum peccatum in spiritum sanctum possit esse primum peccatum. Respondeo sic.
scilicet quantum ad tres species. que sunt presumptio. invidentia. impugnatio.
quia non presupponunt aliquod peccatum de necessitate. difficile tamen
et raro fit. quia ad extremum peccati non venitur nisi per me-
dium. Quantum ad alias tres species non. per quod sunt desperatio. obstinatio.
impenitentia. quia fundantur super alia peccata. aliqui tamen dicunt
Utrum sit gravissimum genus peccati. Respondeo sic. scilicet [ex parte sui] 4
ratione maioris lesionis. quia plus opponitur bonitati. unde plus
privat de bono illi. Item difficilioris reparationis.
cum non habeat excusationem. ratione tamen vilioris lesionis
aliud peccatum potest dici gravius. ut infidelitas in singularibus
personis. que tollat fundamentum boni. et similiter peccatum contra hominis.
Utrum sit omnino irremissibile. Respondeo. ex parte sui est ir- 6
remissibile. secundum quod dictum est. sed non ex parte dei. nec ex parte sui
quamdiu est in via propter libertatem arbitrii.
Queritur utrum potentia peccandi sit aliquid potentia. Respondeo potentia pec- 1
candi si accipitur pro id quod est sic nominat potentiam
aliquam. si pro ordine ad actum peccandi vel dicitur potentia defectum.
Utrum sit a deo. Respondeo. potentia peccandi duo dicit [scilicet ipsam potentiam] 7
et ipsam potentiam et defectum. unde quantum ad id quod potentia est
sic est ens et non aliquid et ideo est a deo. sed sub ratione de-
fectus non. quia hunc habet inquantum ex nichilo est.
Utrum omnis potestas dominandi vel prelatio sit a deo. Respondeo sic. 3
scilicet si accipiatur per se. ut patet Romanos xiii. prelatio enim
est quedam ordinatio status humani. sed omnis ordinatio
est a providentia divina. que etc. Si autem accipiatur pro ad
quod accidit ei ab extrinseco. ut ex parte prelati male
intrantis vel exequentis. sic absolute loquendo non est
a deo quod malus presit. Nichilominus tamen a deo est inquantum ordi-
natur ad correctionem vel penam aliquorum. et omnis pena iusta
Utrum prelatio fuisset in statu innocentie. [a deo sit.] 8
Respondeo sic. scilicet quantum ad actum suum principalem et communem. quod est
preesse tamen et dirigere. unde et vir prefuisset mulieri. Tunc
autem unus huiusmodi clarioris luminis intellectus quam alter. sed nullus
tempore perfecte etatis fuisset defectus. Sed quantum ad
id quod actum suum per accidens requirit scilicet cohercere
subditos rebelles per leges scriptas et per penas
Utrum christiani teneantur obedi[re] [et hic sic non fuisset.] 4
re secularibus dominis et tyrannis. Respondeo sic. i. petri 2.
Servi subditi estote etc. Romanos 13. Omnis anima potestatibus
sublimioribus etc. unde tenentur obedire cum sit potestas prelata
ut dominorum sive publica sive principum. Sed non in de-

Licenza: CC-BY-NC – Aarau, Aargauer Kantonsbibliothek, MsWettF 15, f. 137r – Hugo Argentinensis; Guilelmus Rothwell (http://www.e-codices.ch/it/kba/WettF0015/137r)